



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

18. Instantia cœpta contra exemptum, an transeat in illius hæredem non
exemptum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QUESTIO XVII.

Exemptio si pendente lite revocetur, an lis ad ordinarium revertetur.

SUMMARIUM.

1. Scholaris si post litem motam deserat
Academiam, lis revertitur ad ejus ordi-
narium. 2. Ubi acceptum est iudicium, ibi finire debet.

Dubitavisse videtur Imbertius, dum dicit, quod Scholaris si post litem motam deserat Academiam, quod lis ad ordinarium judicem veniat remittenda. *inst. lib. 1. cap. 27. glo. 1.* & legatus causam ceptam finire non potest egressus provinciam. *Flamin. de Resig. benef. par. 1. lib. 1. cap. 11. n. 4.* Frequenter autem supra inculcavimus validum sumi argumentum à Scholaribus ad Exemptos, velut & à Vassallis Clericis ejusmodique aliis, qui speciales habent iudices, id quod Felinus cum aliis à me superioribus in locis allegatis frequenter arguit *supra lib. 1. quest. 45.*

Contrarium tamen concludendum est, quia ubi acceptum est semel iudicium, ibi finire sumere debet. *l. ubi ff. de iudicis*, etiamsi casus superveniat à quo incipere non potest. *cap. factum legitime de Reg. jur. in 6.* sufficit enim habitas tempore inchoatæ litis, licet postfacto contingat inhabilitas, id quod plurifariam exemplificat Francus *cap. statutum in pr. per tot. de Rescript. in 6.* Et late & doctè *Flaminus tract. de Resignat. benef. part. 1. lib. 1. qu. 11. per tot.* Imbertius nihil nos movet, nam ibi loquitur de translatione jurisdictionis in ordinarium per viam avocationis.

QUESTIO XVIII.

Instantia cepta contra Exemptum, an transeat in illius heredem non Exemptum?

SUMMARIUM.

1. 2. Instantia cepta & rescriptum transit in successorem. 4. Quando debeat attendi principium & non finis.
3. Subsistente causa privilegii in vita defuncti, transit ad illius heredem. 5. Curari debet heres ad resumendum.
6. Alioquin sententia esset nulla.

Quod lis inchoata contra Exemptum transeat in illius heredem non Exemptum, probati satis potest iis auctoritatibus, quæ superius allatæ sunt eod. *lib. quest. 16. num. 5. & seqq.* Quibus addo pro regula, quod non modò instantia

causae transeat in heredem *l. tam ex contractibus ubi DD. ff. de iudiciis l. si eum hominem*
ubi Barb. & DD. ff. de fideiussor. Abb. Pel. & DD. cap. quia V. de iudic. Milis in Reper.
verb. iudex ordinarius vel eius delegatus qui competens erat & vers. seq. fol. 211. Sed & re. 2.
scriptum impetratum contra defunctum, transire debet etiam in illius successorem.
Anton. Milis in reper. verb. rescriptum licet regulariter & verb. Rescriptum impetratum
contra unum & verb. instantia per tot. Leonellus tract. de surreptione rescripti. quest. 18. art.
15. l. cum quasi ff. de fidei comm. l. bert. Abb. d. c. quia V. n. 1. 3. ubi laic. Cum enim causa
privilegi in vita defuncti subsistat, privilegium illius causae in defuncti persona con-
ceptum ad illius heredem patitur transire debet. l. cum quasi ff. de fidei comm. libert.
Lorietus in l. ejus qui n. 37. ff. si cere. petat. in qualibet enim dispositione semper spectari
solet initium, quemadmodum Flaminius plurifariam comprobavit de resignat. benef.
par. 1. l. 1. qu. 11. per tot. signanter n. 6. & 7. quippe quod ubi acceptum est semel iudicium,
ibi finem accipere debeat, etiam si casus superveniat, a quo incipere non possit. cap.
factum de Reg. jur. in 6. l. in ambiguis pro dote §. non est novum ff. eodem dixi supra c.
27. n. 2. eod. l.

Accedit, quod cum resumptio habeat necessariam dependentiam a praeterita ob-
 ligatione instantiae, qua exemptus fuit obligatus, & in quam successit ejus haeres non
 Exemptus, debet attendi principium & non finis, *l. damni §. sabini ff. de damno infecto*
l. 3. §. scio §. procedenti ff. de minoribus, pul. h. d. Praes in locis legalibus loco a virtute finis,
verbo alii autem dicunt quod & c. ubi laicus.

Itaque defuncto exempto citari debet ejus haeres ad causam resumendam, seu ut
 inquit doct. Rebuffus in l. boves ff. de verb. sig. & in l. verbum reddente ff. eodem, ad re-
 sumendum ai mamenta causa seu tementa, id est remamentia causa scilicet, ut cau-
 sam resumam in eo statu in quo remanlit, alioquin enim omilla hac resumptione
 (quam tamen haeres etiam ultro subire potest) *Massuerus in praxi ut. de contumacia*
n. 1. 6. sententia vicio nullitatis subiaceret. Castren. l. Paulus 1. ff. quae sententia sine apell.
rescindant. Anton. de Tremolis in addu. ad praxim Vberti de Bonacurso tit. de impedim.
executi. & caus. nulli in glo. verb. & contra minorem, vers. & licet iure cautum sit. Barb.
l. Lucius ff. ad Trebell. l. sius Roma ff. de iudiciis.

QV AESTIO XIX.

Instantia cepta coram ordinario contra subjectum, an transeat in illius
 heredem exemptum?

S V M M A R I V M.

- | | |
|---|---------------------------------------|
| 1. In conversis idem iudicium. | 4. Exempti comparantur extraneis. |
| 2. Iudex defuncti est iudex haereditis. | 5. Exempta immediata aut motu proprio |
| | con- |